

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Perseuerancia f  
cum fonte primo

Turpe est cedere oneri, luctare cum officio quod semel recepisti. Non est uir fortis ac strenuus qui laborem fugit, nisi crescat illi animus ipsa rerum difficultate.

Seneca epistola LI.

Expectas forsitan ut tibi haec dicant: 'turpe est cedere oneri; luctare cum officio quod semel recepisti. Non est vir fortis ac strenuus qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa rerum difficultate.'

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 22, 7 (L. Reynolds ed., vol.1, p.61, ll.16-19).